

Nos Consules^{as} Senatores Civitatis
 Budissinae, quae est Metropolis in Marini-
 onatus Superioris Lusatae, praemissa salu-
 tatione officiorum prout cuiusque conditio-
 dignitas id postulat, omnibus et singulis, quibus
 litterae haec videre contigerint, praepimus veris
 iis quorum interest, testatum facimus, Nos a
 praesentiarum litterarum Exhibitorum CHRISTI-
 ANO MAJO Cuiusvis iam mercaturam exer-
 cente interpellatos esse, ut ei Testimonium le-
 gitimorum Natalium, tum ipsis et Parentum
 vitae apud nos inculpabiliter actae, in forma
 probante exhiberemus: Quod cum de rogandum
 ab omni humanitate et equitate alienum
 fuisse, idcirco Viros qui Nobis ad hoc nomi-
 nati fuerunt, Amplissimos nimirum, Consul-
 tissimum, Experientissimumq. Peninam Andream
 Winklerum Iurisperitumq. Doctorem, Iudicium
 Provincialis per multos annos advocatum
 bene-merentissimum, itemq. Dominum Gre-
 gorium Mätzigium Medicinæ Doctorem.

Christianum

ad Nos vocare, coram super hoc
~~_____~~ examini curavimus. Eui vi
 Juramenti illius, quod inprimis ~~_____~~ tor Ogi: Mas:
 leinde Serenissimo Electori Saxoniae, Domino
 nostro Clementissimo, tum Nobis ipsis obstricti
 et quod ab ipsis, capitibus detectis, manibus
 protensis, obligatisq. erectis, prout consuetu-
 dinis ratio id exhorat, praestitum fuit, uno
 ore testati ~~_____~~. Sibi probe notum esse, quod
 praedictus CHRISTIANUS MATIS, Libere Viro
 Prudentissimo et Integerimo Domino, Georgio
 Majo Hereditario in Sydenitz, Antiquo, de-
 natorii quondam Lamerario meritisimo;
 Matre vero Pientissima Matrona ELIXA
 Morhaveriana, Viri Gravissimi quondam
 et Prudentissimi Domini Mauritii Mer-
 haverii Reipubl. huius olim-Consulis dignissi-
 mi Filii, iuxta Institutionem divinam, et
 Ordinationem Ecclesiae in Conjugio legitimo,
 è puro, casto, et inculpato thoro in hac no-
 stra Civitate honesto et legitimo modo
 et ex libera atq. Germanica natione procreatus
 atq. ~~_____~~ Anno 1603, Octavo Id. Junii

